

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann Samuel Hofmann

Disputatio Theologica Inauguralis. De Iustificatione

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738018678>

Druck Freier  Zugang



F. Cöthmann 16^o
Vetus S. Hofmannius, Progr. + A. H.
R. U. Thol. 1644.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738018678/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738018678/phys_0002)

DFG

DISPUTATIO THEOLOGICA
INAUGURALIS.

De
JUSTIFICATIONE,

Quam
ADJUVANTE ALTISSIMO
ex decreto & consensu
Reverendi & Amplissimi Collegii Theologorum
in Academia Rostochiensi,
ex cap. 3. Epist. ad Rom. v. 24. 25.

PRÆSIDE

Admodum Reverendo, Amplissimo & Excellentissimo VIRO

DN. JOHANNE COTHMANNO
SS. Theol. Doct. & Prof. Publ. celeberrimo, p. t.
DECANO Spect. & Academiæ RECT. Magnif. Præce-
ptore & Fautore æternū colendo,

Pro consequendo Summum in Theologia Gradum
publicè examinandam proponit

M. SAMUEL HOFMANNUS Penicensis Misn.
Serenissimi ac Potentissimi Electoris Brandenburgen-
sis S. Consistorii Coloniæ ad Suevum Consil. Ecclesiarum
Berolinensem Præpositus, Vicinarum Superint. &
Gymnasii ibid. Inspect.

Ad d. 3. Octob. horis ante 3^o pomeridianis in
Auditorio Majori.

1644

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Academiae Typographi.

Anno M. DC. XLIV.

1644





In Nomine JESU.

DE Palladio singunt gentiles, fuisse Troie
Praclarissima quondam Asia minoris urbi,
Prasidio pariter & excidio. Sic enim ab
Apolline aceperant Trojani, tanti per su-
am hanc superatum iri ab hoste urbem,
dum Palladium intra mœnia salvum intue-
rentur, exitium verò Civitati apportaturum extra menia
raptum, quo & Virgil. l. 2. Aeneid. digitum intendens fata-
le vocat. Qvod Troja fuit Palladium, id Ecclesia est articu-
lus de Justificatione, hic enim est arx & monumentum fidei,
quo stante orthodoxè & incorruptè bene se habebunt cæteræ;
Subruo verò & extra menia Ecclesia quasi per subdolam vim
ac fraudem, deportato, in hostium venient potestatem cæteri
quoque articuli. Justificatio est stantis & cadentis Eccle-
sie dixit B. Lutherus Super. Epist. ad Gal. amissi articulo ju-
stificationis, amissa est simul tota doctrina christiana. Qvod
documento nobis est Papatus, in quo ferè omnes articuli va-
cillant, nullam aliam ob causam, quam quod fundamentalem
hunc de Justific. articulum collabescerint. Quare opera
preium erit, ut omnibus viribus eo allaboremus quos. sartum
tectum hunc conservemus, ne collapso eo & cæteri collaba-
scant. De quo etiam nos iussi & autoritate Rever. & Am-
plissima Facult. Theolog. bono cum D E O acturi, justificatio-
uem nostram aurea illi ex Epistole ad Rom. cap. 3. v. 24. 25.
Sententia adharentes, considerabimus.

Tu Jehova cæptis annue nostris.

A 2

Thes.

Thes. I.

Cum Definitio nos in rei ipsius seu essentiæ admittat cognitio-
nem juxta Aristotel. Poster. Anal. cap. 30. t. 2. ὁρισμὸς ἡσίας
γνωστοῦ; A Definitione justificationis non incommodè or-
diemur, quām ex mente Pauli his verbis descriptam damus: Justifi-
catione est actio DEI Patris, Filii & Spiritus S. ex merâ gratiâ & mis-
ericordiâ propter Christi mediatoris obedientiam & satisfactionem
homini peccatori verē in Christum Redemptorem credenti, gratis
sine operibus legis peccata remittenti, & ad vitam æternam ac-
ceptantis.

II.

Circa Definitum Primo Justificationis vocabulum eno-
dandum venit, quod descendit in Lingua Hebr. ab ἡράκλη quod
significat, iustificavit, iustitiam imputavit, reum absolvit, &
iustum pronunciavit. 2. Sam. 13. v. 4. Exod. 23. v. 7. Septua-
ginta semper reddiderunt δικαιού, δικαιοθαί δικαιον νέκειον
Gen. 44. v. 16. D. Hym. Syntag disp. 24. th. 6. Gerh. de justific. c. 1.
p. 664. D. Casp. Erasm. Brochtm. de justific. sect. 1. p. 470. Utin-
titur hoc loco Paulus δικαιούμενοι, hinc quidam in Gr. L. putant
participium sumi pro Præsenti more Hebræorum ac si legeretur
δικαιούται. Verum melius est si illud referatur ad υἱοπέμπτου de-
stituntur Gloria DEI, iustificati gratis. Hoc vocabulum δικαιούθει
ubi in N. T. significat iustum Pronunciare, & opponitur verbo
νεκεῖος condemnari, loca quæ videntur maximè huic opponi,
conflictui reservamus. In Lingua Latina à Profanis usurpatum
non legi testatur ipse Jesuita Costerus cap. 6. p. 227. Nihilo minus
ramen tanquam pro aris & focis pugnant Socienni ejus Bellarm.
lib. 2. de justif. c. 3. Staplet. tom. 2. oper. prolegom. in l. 5. de justif.
p. 124. Began. in manual. lib. 1. c. 16. p. 258. qui justificare pro ju-
stitiæ qualitatem alicui infundere venditant, sicut dicitur caleface-
re, h. e. calorem inducere, ita justificare aliquem, esse idem ac
justitiæ qualitatem infundere, realiter qualitates immutare
& Physicè alterare, uti contendit Concil. Trident. Sess. 6.
cap. 4.

III.

III.

Quamvis vero Vocabulum Justificationis nōpote extra illa loca, quæ propriè de hoc negotio non agunt *πλύσημον*, varie sumit & quidem 1. Εκπικῶς seu habitualiter pro justitia quadam positiva & inhārente quemadmodum v. g. iudex aliquis recte judicans dicitur justus; Vel uti in artic. Sanctificationis, in statu renovationis ac novæ obedientiæ pro augmento & continuatione justitiae & Sanctimoniae. 2. Σημειωτικῶς pro justitiæ declaratione Jac. 2. v. 21. Nonne ex operibus justificatus h. e. declaratus, quando Abraham obtulit Isaacum. 3. Γενικῶς pro approbatione & laudis attributione, ut sumitur Luc. 7. v. 24. 29. Populus & publicani justificarunt D E L I M, h. e. approbarunt consilium DEL, quod Pharisei spreverunt. Confer. Luc. 16. v. 15. Jer. 3. v. 11. 1. Tim. 3. v. 6. Tamen hoc in loco sumitur, in significatione forensi; Cum enim Justificatio hominis peccatoris coram DEO, in scripturis notet processum judiciale Psal. 143. v. 2. Es. 30. v. 8. Job. 9. v. 2. accusatum ab intentato crimen, ne damnetur, absolvere, totusq; Justificationis actus style forensi, in Scripturis depingatur (nam mentio fit, tribunalis Rom. 14. v. 10. 1 Cor. 5. v. 10. Rei Rom. 3. v. 19. Accusatori Rom. 3. c. 20. Peccati Rom. 1. & 2. Testis c. 2. v. 15. Adversarius Joh. 2. Mediatoris 1. Tim. 2. v. 5. Ἀριτρός Pro peccati solutio- ne præstiti Rom. 3. v. 5. Chirographi Col. 2. v. 24. Judicis Joh. 5. v. 27. Act. 17. v. 31. Carnificis Apoc. 12. v. 10. Matth. 6. v. 25. quid vetat, quo minus forensem obtineat significationem.

IV.

Quo obtento sequitur justificationem nostram per absolu- tionem, seu non imputationem peccatorum sive remissionem definiendam esse, quod & Apostolus in seqq. cap. facere non omittit, cum δικαιοδοσίᾳ c. 4. reddit per imputari ad justitiam, sapientius Emphasew ergo repetens cap. 5. exponit per constitui justum propter obedientiam Christi non imputare delicta 2. Cor. 5. v. 19. non condemnari aut judicari Joh. 3. v. 8. 16. 17. Condonare Col. 2. v. 13. Solvere & absolvere Matth. 16. v. 19. qui actus omnes non notant infusiones habituum iustorum, aut totalem peccatorum abolitionem (sunt enim & manent in Sanctis Peccatorum reli-

A 3

quiæ

quæ Rom. 7. v. 17. Joh. 1. v. 8. e. g. David postquam adulterium & homicidium commisit, licet Propheta Nathan ab utroq; absolveret, tamen mansit adulter & homicida; Sed neutrum crimen ipsi ad condemnationem imputatum est; ex quibus palam, quid sit justificatio Rom. 8. v. 1.

V.

Etymo justificationis invento & enucleato, statim sese offert nobis excogitata & periculosisimis Φλυαείαις referta Pontificiorum distinctio: Quidam enim & quidem potissimi gratuitæ justificationis hostes, utpote Costerius in Enchir. c. 6. p. 227. 228. Stapleton, tom. 2. oper. lib. 5. de justific. c. 8. Censores Coloniens. in censur. pag. 141. Bellarmin. lib. 1. de justific. c. 1. tit. 2. c. 3. Beccan. d. justific. Catholica c. 1. th. 2. Geminam amplectuntur Justificationem, primam qua ex malis boni, & ex injustis justi fiunt, per habendum Charitatis infusum ex gratia. Secundam, quam ex bonis meliores, ex justis justiores fiunt ex meritis primæ beneficio editis.

VI.

Verum ἄρετον οὐ τελεσθεῖσται νόμος καὶ εὐθὺς σωματικῷ τελείωσι pronunciat Syr. 34. v. 8. quod Lutherus sic reddidit: Man darß keine Ecken dazu/dass man Gottes Wort halte, und man hat gnug an Gottes Wort/wann man rechte lehren will vel unico hoc Pauli effato clarescit nostra justificatio, quod scilicet justificantur gratis, unica eaq; perfecta justificatione, qua est gratuita peccatorum remissio in redemptione facta per Christum & in plenissima satisfactione Christi pro nobis fide apprehensa confer c. 8. v. 34. 2. Cor. 5. v. 21. quippe, cum Paulus ex professo hoc in loco agat de hominis impii justificatione gratuita; edoceant nos adversarii apostolum ullibi definire Iustificationem per Sanctitatem inherentem, de qua non solum in toto Paulo, sed & in tota Scriptura s. altū silentium. Nullum enim vestigium in codice s. Quid? e Diametro Scripturis contrariatur, quæ unam tantum Rom. 3. v. 30. Eamque perfectam Rom. 8. v. 1. conscientiis consolatoriam Rom. 5. v. 1. operibus omnium Sanctorum prevalentem Tit. 3. v. 5. Ps. 32. v. 6. Job. 9. v. 2. 3. 20. 1. Cor. 4. v. 4. Phil. 3. v. 9. agnoscit & tuetur.

VII.

Et quia justificatio est mera & quidem perfecta actio DEI, nulla erit

erit justificatio secunda, alias prima non tolleret omnem condemnationem & conscientias non afferret perfectam pacem Rom. 5.
v. 1, alio modo ac Patres V.T. Act. 15. v. II. neque solo Evangelio, sed & lege justificaremur quod à Iesu Christo Rom. 3. v. 28. Gal. 2. v. 16.
Cum omnia feceritis quae sunt præcepta vobis, dicite servi inutiles sumus, nam quod debuimus facere, fecimus, inquit Christus Luc. 17.
verso 10.

VIII.

Effugium quod Pontificii querunt in justificationis & beatitudinis discrimine non juvat eos; Nam quando beatitudo accipitur pro salute, quā homo Christianus in hac vita mortali perfruitur, ijsdem causis quibus justificatio nittitur & salvatio Eph. 2. v. 8. Act. 13. v. 38. c. 15. v. 11. Rom. 4. v. 3. c. 6. 24. Tit. 3. v. 5. Luc. 1. v. 77. Eph. 2. v. 12. 2. Tim. 1. v. 9. & sic beatitudo nihil dissidet à justificatione, sed plane cum justificationis essentiā coincidit, sunt enim termini salvationis & justificationis in hac materia æquipollentes; forma *μαρτυρίου* eadem est quae justificationis, imputatio scilicet justitiae Christi, non operum nostrorum Rom. 4. v. 7. 8. quod probatum damus exemplis. Abraham Pater credentium, Rahab, atq; credentes singuli, non demum in altera vita, sed & in hac verè beatitudine ac salvati Act. 15. v. 11. Jos. 2. v. 9. 10. Jac. 2. v. 25. Per gratiam JESU CHRISTI credimus nos σωθῆναι salvatos esse Eph. 2. v. 8. gratia estis στασμένοι salvati per fidem 2. Tim. 1. v. 9. qui salvavit nos non secundum opera nostra vide Excellentiss. Theologi Dr. D. Johann. Hulsemanni Harmon. Apost. S. Pauli & Jacobi de Justificatione ab Hugois Grotij corruptelis vindicata mth. 115. & 172. Quando vero de ipsa æterna vita ac plenaria justitiae, beatitudinisq; in cœlesti vita perfruitione post hanc vitam sumitur, am, babus concedimus manibus Pontificis, inharentem justitiam eamque perfectam & absolutam qua dicemur justi & beati Rom. 3. quod in hoc vitæ statu pernegatur. Justificatio enim de quā disputamus pertinet ad hanc vitam: quia non de statu salutis consummatæ nunc quidem agimus, sed de causis praecedentibus salutem, sive per quas salutis nobis spes est. vide Chamier. Panstrat. tom 3. part. 2. lib. 21. cap. 2.

IX. De-

IX.

Definitum excipit ipsa Definitio quæ cum excusis, ut Paulus in dicto nostro subinnuit constet, causæ nobis erunt perlustrandæ, has enim cum sciverimus ipsam rem intelligemus; Scire autem nos putamus unamquamq; rem simpliciter, cum putamus nos causam cognoscere, propter quam res est, ejus rei causam esse, nec posse rem aliter se habere. Quapropter Scripturæ ductu caparum seriem eruemus ex hoc Pauli dicto.

X.

A: nov x̄v̄c̄ov seu causa efficiens justificationis nostræ est solus D E U S, qui pro sua immensa erga genus humanum φιλαγθωπία νὴ γενστή τι lapsos & in peccatis mortuos homines justificat. Hinc quidam ex hoc loco causam efficientem principalem recte constituant D E U M, ut ipse sit D E U S justus, justificans eum qui est ex fide JESU CHRISTI Ger. p. 681. D. Rung. in h. l. ille ipse D E U S est qui dicit: Ego sum, ego sum Dominus & non est absq; meSalvator. Ego sum qui deleo iniquitates, & peccatorū non recordor Es. 43. v. 11. 26. quis potest dimittere peccata nisi solus D E U S? Marc. 2. v. 7. D E U S est qui Justificat. Rom. 8. v. 33. Hic ergo gratia & misericordia, hic gratuito favore seu dilectione, qua diligit in dilecto filio suo, quotquot in eum credunt, justificat. Et hæc est Emphasis vocabuli gratiae hoc in loco. Ea q; est gratia totius S. S. Trinitatis Patris, Filij, & Spiritus S. Non enim seorsim D E U S pater, seorsim Filius, seorsim Spiritus S. justificat sed quæ esse intelligitur justificatio à patre, ea omnino & Filij est, & quam filius largitur ea est & patris. Cyrilus Tom. 2. lib. 5. de Trinit. pag. 341. Ibi vero Pater & filius operatur, ibi Spiritus S. non excluditur, qui est aliquid commune Patris & Filij, Substantialis nimirum amor & lætitia coæterna, inter utrumq; ideo illud quod operatur est una, tribus Personis communis essentia ut Nazianzen. orat. 2. de Theologia fatetur & simplex D E I in omnibus operatio. Justinus Martyr in lib. de recta confess. Hinc justificationis effectus attribuitur non solam ut opus DEI ad extra adeoq; indivisum, tribusq; Personis commune, in genere D E O Rom. 4. v. 1. c. 8. v. 33. Eiq; soli Hof. 13. v. 4. Es. 43. v. 25. Sed in Specie singulis quoq; Personis;

sonis; utpote Patri gratiam largienti Rom. 3. v. 24. gratis per illius DEI sc. Patris gratiam justificamur, qui sic dilexit mundum &c. Joh. 3. 16. DEUS in Christo ἐχαρίσαντο donavit nobis Eph. 4. v. 32. Filio promerenti, justificamur enim διὰ τῆς δωρεᾶς της Χριστοῦ Ιησοῦ XΕΙΣΩ v. 24. in scientia sua Es. 53. v. 11. Gal. 2. v. 10. Spiritui S. ob-signanti 1. Cor. 6. v. 11. Pet. 1. v. 2. Rom. 5. v. 5. Et quia à DEO tanquam causa efficiente denominatur effectus, sequitur quod gratia illa DEI vera sit causa efficiens remittendi peccata & justificandi impium.

XI.

Per hanc verò gratiam nullatenus intelligimus gratiam habitualem cum Bellarmino lib. 2. de Justific. cap. 3. & disp. 13. in cap. 3. Rom ubi per vocem gratis favorem DEI satis explicari autumat, per additionem verò per illius gratiam, non ipsum favorem, sed favoris effectum, sc. justitiam infusam & donatam ceu justificationis Formalem Causam: Nam Vocabulum δωρεὰν gratis non insinuat causam justificationis efficientem, sed ejusdem modum, quod ille favor nobis gratuitò contingat. Quod ex locis parallelis evincitur, ubi gratis significat citra meritum Matth. 10. v. 8. Joh. 15. v. 25. 1. Cor. 11. v. 7. Hinc majoris emphaseos ergo à Syre postpositum est vocabulum ΒΡῶ εξηγηπτώσις vid. Meism. αὐθεωπ̄ dec. 3. disp. 4. quæst. 3. thes. 29.

XII.

Quamvis verò nec nos diffiteamur in Scriptura S. nonnunquam vocem gratiae de donis gratuitis ac inhærentibus accipi 1. Cor. 12. v. 4 divisiones gratiarum sunt, h.e. varia sunt dona gratiae concessa; idem tamen est spiritus, à quo omnia illa dona proficiuntur; Sic habentes donationem secundum gratiam quæ data est nobis Rom. 12. v. 6. Lex per Mosen data est; gratia & veritas per JESUM CHRISTUM Joh. 1. v. 17. Unicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi Eph. 4. v. 7. ad quæ fusè respondent Gerh. m. 28. p. 695. de justific. Himmel. disp. 24. th. 29. p. 284. D. Jacob. Andr. disp. de justific. th. 22. pag. 403. Tamen, quando gratia DEI justificari prohibemur, non intelligitur donum Spiritus S. aut novitas à Spiritu S. accensa, sive charitas, qua nos DEUM & proximum diligimus; sed clementissima DEI,

B

voluntas

voluntas quæ nullo respectu nostrarum virtutum, operum aut meritorum, quæ nulla sunt, gratis, gratuita misericordia, favore & benevolentia credentes in gratiam recipit, peccata remittit & pro filiis agnoscit. Nec sumum mōre Ponificiorū vendimus, sed ex genuina vocis γράμμatione quæ significat ex gratia dāre, & plerumque cum verbo miserendi jungitur Exod. 33. v. 19. Gen. 6. v. 8 Rom. 9. v. 15. Hebr. 11. v. 7. Dan. 9. v. 18. Psal. 55. v. 1, ut ex vocibus sicuti etiam ex singularibus loquendi formulis, ut invenire gratiam Gen. 6. v. 8. Luc. 1. v. 30, id ipsum evincimus. χάρις, χαρίζωμαι, χαρέσθω, Luc. 7. v. 4. 2. Cor. 2. v. 10. Eph. 1. v. 6. Hinc reddunt Latini gratiam invenire Gen. 6. v. 8. Luc. 1. v. 30, esse sub gratia Rom. 6. v. 14. stare in gratia Rom. 5. v. 2, 1 Pet. 5. v. 12. evincimus.

XIII.

Hæc ipsa enim gratia si yemisericordia DEI non absolute effunditur super peccatores, ut absolute nulla interveniente satisfactione sui, vel alterius, à peccatis liberarentur, uti Photiniani sibi imaginantur. Socin. part. 3. de Christo; cap. 1. pag. 230. Ostorod. part. 3. Instit. contra Tradel. p. 240. & tanquam Scipione nituntur hoc dilemmate suo. Aut noluit aut non potuit; Si noluit immisericors est, si non potuit, non omnipotens est. Schmalz. & Moscoroviis in caten. Nam noluisse DEUM absque satisfactione absolute peccata nobis condonare evincunt dicta Es. 53. v. 10. Ps. 40. v. 9. Hebr. 10. v. 9. Act. 4. v. 28. Nec tamen inde dicendus immisericors, qui sic misericors est, ut etiam justus sit. Et quia summè justus erat, peccata punire volebat; quia misericors vero erat, Filium nobis Redemptorem dabat. D. Balth. Menzer. exegesi. A. C. Artic. 4. p. 196. Himmel. disp. 24. th. 47. D. Josua Stegman. disp. 22. Photinian. edit. Francof. ad moenū 1643. p. 251. Non potuisse vero DEUM absque satisfactione vera & plena nobis peccata dimittere, justitia ipsius causa est, cuius proprium est: Obedientiam amare, præmiisq; ornare; Contra vero inobedientiam & peccata odisse atque plagis coercere Ps. 5. v. 5. Ps. 11. v. 5. Ps. 45. v. 8. Et fundata est hæc justitia in lege, quæ est norma diuinæ justitiae Rom. 10. v. 5. Moses descripsit justitiam, quæ est ex lege, quod qui fecerit ea quæ sunt in lege homo, vivet per illa Gal. 3. v. 10. Deut. 27. v. 27. Maledictus &c. revelatur ira

ira de cœlo super omnem impietatem Rom. 1. v. 32. Vocabatur
δικαιωμα τοῦ θεοῦ c. 2. v. 5 δικαιοσύνη c. 3. v. 5. δικαιούμην
2. Thess. 1. v. 6. δίκαιος ὁ θεός αἰτομένος. Quia ergo justitia
DEI per hominis peccatum laesa Rom. 5. v. 12. Gen. 2. v. 17.
stante ergo justitia DEI, humano generi propter transgressio-
nem mandati necessariò vel æternum fuit pereundum, vel ut cum
DEO reconciliaretur ira ac justitiae divinae & quoad poenam
& quoad obedientiam plenè satisfaciendum, alibi nullum pec-
catum dimitti potuit Heb. 9. v. 22. Nec voluit DEUS in pecca-
torum remissione remittere pro lubito suo correctivam suā justitiā,
quam accidentaliter DEO inesse & contingenter speciosè singunt,
diversam tamen toto genere à rectitudine ipsius. Socin. de Christo
Serv. part 1. p. 8. Ostorod. part. 3. instit. pag. 214. Schmalz. & Mo-
scorov. in caten. argum. 1. Quasi vero DEUS potens saltem sit, ne-
que simul justus, qui ita sit sui juris, ut tamen non agat contra
naturam suam. Absit autem ut correctivam DEI justitiam acci-
dentaliter inesse DEO dicamus, cum una tantum eiq; essentialis sit,
qua ipse justus est & opera omnia ejus justa. Et quia neque in cœ-
lo neque in terra erat qui infinitæ huic justitiae plenè planèq; sa-
tisfaceret, ipsem eternus DEI filius nostri misertus, hasce partes in
se suscepit & in temporis plenitudine in assumpta carne nostri loco
satisfecit Gal. 4 v. 4.

XIV.

Causæ Justificationis efficienti primariæ meritoriam subji-
cit CHRISTUM verbis per redemptionem διὰ τῆς ἀπλυτερώσεως,
τῆς εὐ χειρῶ 1ησοῦ. notetur hic particula διὰ quæ ad omnes
causas in admirando & deprædicando hoc salutis negotio adhibe-
tur. Quandoq; notat meritoriam διὰ τῆς ἀπλυτερώσεως h. I.
confer cap. 5. v. 1. 19. Eph. 1. v. 7. quandoq; instrumentalem, ex
parte nostri; διὰ τῆς μίσεως confer. Eph. 3. v. 12. 1. Pet. 1. v. 5.
quandoq; Formalem διὰ τὴν παρέστησιν per remissionem præceden-
tium peccatorum Rom. 3. v. 25. quandoq; Causam impellentem,
traditus est Christus διὰ τὴν παρέστησιν propter peccata nostra
Rom. 4. v. ult. Sicuti occurrit quoq; notans causam instrumen-
talem ex parte DEI, narrabat quæ DEUS fecisset in gentibus

dia τῆς διακονίας αὐτοῦ per ministerium ejus Act. 21. v. 19. confer
1. Cor. 4. v. 15 Eph. 3. v. 6. Tit 3. v. 6. Tit 3. v. 5. 1. Joh. 5. v. 6. Imo
& ea causa finalem per agnitionem illius qui vocavit nos dia ὁ ξένος
καὶ δεῖπνος ad gloriam & virtutem. 2. Pet. 1. 3. Hoc tamen in
joco, quo Paulus dicit dia τῆς διακονίας τῆς εἰς χριστόν,
notat causam meritoriam, ac innuit quod DEUS justificet
hominem propter Christum, fundatur enim dilectio DEI interces-
sione, obedientia & satisfactione Christi; quippe diligit nos Deus sed
in dilecto, docet idem quo; Apostolus in nostro dicto tribus sequé-
tibus vocibus, ut sunt Redemptio, propitatio, sanguis Christi.

XV.

Deinde Praeponit articulum τῆς ad illustrandam inauditam
& nunquam satis laudandam, ineffabilem & pretiosissimam
nulli hominum & Angelorum possibilem διαλύγων (Nam in
Acticlis non raro singularis Emphasis est, & quandoq; necessariò
is adhibet ut ut h. l. D. Salom. Gloss. philolog Sac. lib. 3. tract. 2.
Cap. 2.) Διαλύγων factam non à mero homine sed à filio DEI,
Nam est τῆς εἰς χριστόν θησάρος quod Syrus ita: נָשַׂר מִשְׁמַרְתָּן
רַבְגָּדָן in CHRISTO JESU. Ut notet quæ & qualis sit re-
demptio, seu ut habet Syrus נָשַׂר פְּרַמְּלָה liberatio retributio, salus,
אֲרַבְגָּדָן redemit, liberavit. Trostius Lex. Syr. p. 527 & 529. Schind-
ler in Lexic. Pentagl. non notatur autem Corporalis ab externo
& humano hoste quæ vel manu sit, liberatio, qualis erat Lothi A-
brahami manu facta Gen. 14. Davidis liberantis judaicum popu-
lum à Goliatho 1. Sam. 18. vel pretio sicut liberationem talem
Ciraganus Proposuit Imperatori Mauritio ut captos à se milites au-
tore li neret; Sed Spiritualis liberatio & redemptio è Potestate
Sathan, sub qua propter peccatum tenebamus captivi, re-
denit enim nos ab ira DEI 1. Thess. 1. v. ult. Per ipsum Salvati-
sum is ab ira Rom. 5. v. 9. Id eo dicimus reconciliati per mortem
filii ejus Rom. 5. v. 10. Placuit enim DEO reconciliari omnia
in sece Coli v. 20 redemit nos à captivitate Diaboli 1. Cor. 15. v. 54. 55.
per mortem destruens eum qui mortis habebat imperium, i. e.
Diabola a H̄o 1. v. 4. ab execratione legis factus pro nobis
excrta.

execratio Gal. 3 v. 13. Gal. 4. v. 5. à Diabolo enijs opera dissolvit
1. Joh. 3. v. 8 & de manu omnium qui oderunt nos Luc. 1. v. 17.
Neq; Metaphorica tamen hæc Redemptio est quæ circa alicujus
solutionis pretium perficitur, uti volunt Phœniciati qui plerumq;
hoc ita vocabulum accipi contendunt sicut et Exod. 15. v. 19 Deut. 9.
v. 16. Psal. 77. v. 16. Heb. 11. v. 35. qua referunt quod etiam Moses
fuerit λύτρωμα & typus Christi, qui tamen sine omni pretio
liberavit Israelitas Act. 7 v. 36. Nam Respond. 1. Distinguendo inter
formalem & effectivam redemptionis significationem, hæc est Meta-
phorica, non illa. 2. Moses fuit typus Christi in officio prædicandi &
liberandi ingenere nō in specifico redempcionis modo. sed propria,
qua sine sufficientissima persolutione fieri non potuit; Hinc Apost.
dicit justificationem nostram fieri per redemtionem JESU CHRI-
STI interposito λύτρῳ. Nec enim sufficiebat nos vi armata
Diabolo erexit esse, requirebatur insuper sufficiens & λαθρόποι
λύτρον quod DEO Patri persolveretur. Nam hoc est propriæ
redimere, precium verum, quo redimuntur dare. Et tale λύτρον
non est aurum & argentum 1. Pet. 1. v. 18. Sed anima seu vita Matth.
20 v. 28. & pretiosus CHRISTI sanguis 1. Joh. 1. v. 7. empti enim su-
mus precio magno 1 Cor. 6. v. 20. & quidem per CHRISTUM
qui se dedit ἀντὶ λύτρον pro omnibus 1. Tim. 2. v. 6. & per propri-
um sanguinem introivit in sancta, æterna redemptione inventa
Heb. 9. v. 12. Hic sanguis est pretium pro nobis liberandis uti
mox constabit.

XVI.

Paulus enim in notanda causa meritoria non solum redemtionis,
sed & propitiationis meminit, remittens nos ad sacrificia propitia-
toria V.T. quibus Christi sacrificium vere propitiatorium fuit adi-
matrum Heb. 9. v. 1. & dicit ὡν προίτερον ὁ Ιησος ἵλασις εἰς τὸν
DEUS constituit propitiatorium, innuens DEUM non solum
ab æterno justificationis hujus nostræ consilium decreuisse, sed &
in tunc executioni dedisse, & CHRISTUM filium suum verum
ἵλασις εἰς constituisse exponente Flacio p. 1 clau. Secundum DEUS habet
JESUM publicè, & cum gravi, certo, in motoq; decreto orbis terrarum

proposuit, severissimeq; mandavit, ut omnes eum pro unico propitiatorio aut medio rationeplacandi DEUM agoescant, accipient & obseruent, eoq; utantur. Et alludit D. Apostolus tacite & Emphaticē ad V. T. Typum, ut ostendat CHRISTUM in Mōe ac V. T. Ecclesia fuisse præfiguratum, quicquid enim in V. T. legimus, idem hoc in Evangelio reperimus & quod in Evangelio fuerit lexitatum, hoc ex veteris T. autoritate deducitur, inquit Hieronymus: in veteri novitas, in novitate vetustas, sunt verba Paulini. Proinde serio adhortatur Irenaeus; Legite diligentius id quod ab Apostolis Evangelium est nobis datum, & legite diligentius Prophetas, & invenientis universam actionem & omnem doctrinam & omnem Passionem DOMINI nostri prædictam, in ipsis; quod quam verum adverte saltem oculos; in V. T. tabula ista Exod. 25. v. 17. fabricata erat, partim ut tegeret arcam foederis & decalogum in ea positum à facie superinhabitantis DEI absconderet, partim ut esset ordinaria sedes divinorum oraculorum; ex hoc enim loco velut de Clementia throno, in medio duorum Cherubin DEUS propitiatus dabant responsa populo. Uterq; Respectus in CHRISTUM cadit nempe secundum duplex, quo in statu exinanitionis, dum adhuc agebat in Ecclesiæ militantis tabernaculo, fungebatur, officium. Primo ratione Prophetici, per illum enim DEUS pater sonabat, quippe est oculus noster, per quem Patrem videmus. 2. Ratione Sacerdotalis, tum quoad acquisitionem, quatenus Aut^{em} pretiosissimi sanguinis persolvit, tum quoad applicacionem, quatenus in actu justificationis abscondit decalogum & Chirographum, ne DEUS nobiscum intret in judicium & stricto iure nobiscum agat. Hinc quemadmodum judæi quando arcam aspicerunt & coram illa adorarunt sibi pollicibantur gratiam & remissionem propter promissum mundi Messiam, patientiam, misericordiam & DEI præsentiam. Ita & nobis in peccatis nostris longitudo arcæ, longaniment Redemptoris nostri patientiam, Latitudine, amplitudinem charitatis, quā ad nos venire, interq; nos habere voluit; altitudo Rem futuræ sublimitatis significat, dicens. Yenerabilis Beda; Et ut ratum firmumq; esset, addit.

XVII. Me.

XVII.

Meritum positum esse ēt τῷ αὐτῷ ἀντεῖ in sanguine ipsius,
 Syrus זְרַבָּח ubi articulus ἡ notat sanguinem non animalium
 sed sanguinem Proprium; & notanter dicit in sanguine ipsius,
 ubi voce sanguinis per Syncedochen Partis pro toto, tota C H R I-
 S T I Passio demonstratur & sanguine nostra redemptio, justifica-
 tio, peccatorum temissio, emundatio & tateræ salutis nostræ Par-
 tes ceu λύτρω pretiosissimo, h. e. causæ meritoriae adscribuntur;
 huc spectant sequentia Scripturæ loca; Per C H R I S T U M habe-
 mus remissionem, per sanguinem ipsius remissionem Peccato-
 rum Col. i. v. 14. Nam si sanguis taurorum & hircorum & ciniis
 juvencæ aspergens, inquinatos sanctificat ad carnis Purificationem,
 quantò magis sanguis CHRISTI qui per Spiritum æternum seipsum
 obrulit immaculatum DEO purgabit vestram conscientiam Heb. 9.
 v. 13. CHRISTUS dilexit & lavit nos à peccatis nostris per sanguinem
 suum. Apoc. i. v. 5. Causa vero cur effusione sanguinis CHRISTI,
 nostra redemptio & justificatio adseribatur, est; quia hic passionis
 actus omnium maximè fuit evidens. Non autem exclusivè &
 oppositè is accipi debet, quasi activam CHRISTI obedientiam, quæ
 firmissimè nititur fundamentis, e medio tollat, uti Piscator sentit
 in analys. ep. huj. & c. 4. obs. 2. Item in Resp. Apolog. ad parascv.
 Vorst. part. 2. c. 6. Item in volum. 2. disp. 8. th. 15. In Bibl. ad c. 2.
 Luc. p. 234. Cui ad stipulatur Socinus parte 3. disp. de CHRISTO
 cap. 5. p. 277. C H R I S T U M ut hominem verum, jure creationis
 pro seipso debuisse D E O obedientiam vitæ totius plenam, quæ
 propter illâ nihil nobis promeruit. Quam elumbis vero sit hæc ra-
 tio argumentandi ad oculum jam pridem demonstravit. D. Fri-
 der. Balduin in Cateches. Apostolica Ep. ad Rom. p. 246. question.
 7. D. David Rungius in Analyse. Epist. Rom. disp. 5. th. 82. p. m. 74.
 Nomine autem sanguinis CHRISTI intelligit Apostolus non nu-
 dam remissionis Peccatorum annunciationem, sed meritoriam
 ejusdem acquisitionem; Falsissima enim est Osterod. super ver-
 ba 1. Joh. 2. v. 2. Opinio; finem passionis & mortis C H R I S T I
 non esse debiti exsolutionem, iraq; divinæ placationem & remis-
 sionis peccatorum nostrorum acquisitionem, sed tantum remissio-
 nis

nis Peccatorum confirmationem & ob-signationem; sed totam,
& omnem obedientiam propter nos & nostram salutem divinæ
legi à nobis violatæ præstitam usq; ad mortem crucis Phil. 2. v. 28.
Itaq; justificamur quidem DEI gratia, at per redemptionem
JESU CHRISTI, remittuntur nobis peccata; at in sanguine
CHRISTI; DEUS justus placatur, ipsi reconciliamur, at sacrificio
verè propitiatorio CHRISTI. Nisi enim aliena obedientia no-
bis imputetur, impossibile est quenquam coram DEO justificari.
Idea CHRISTUS JESUS venit in mundum factus pro nobis male-
dictum, ut nos essemus justitia in ipso; Unde quæ nostra sunt
in se derivat & quæ sua sunt nobis donat.

XVIII.

Blasphemi igitur sunt Papicola in CHRISTUM Salvatorem
unicum, ejusque sufficientissimum meritum, dum illud insuffici-
ens proclamat & proterve assertunt 1. Redemptionem illam ad
peccatum originis delendum quidem valere, sed non ad peccata
actualia; Docent enim pro sequentibus actualibus post baptismum
commissis satisficeri DEO per Missas. Etsi vero hunc errorem Bellar-
min, in judicio suo de Libro Concordiaz longè à se & Catholicis
suis amoveat, & à nostratis per mendacium affingi asserat, in-
quiens; impudenti mendacio tribuitur Catholicis Doctoribus illa
divisio, quod CHRISTUS Passione sua satisficerit solum pro pec-
cato originis pro actualibus autem instituerit Missam, nemo Ca-
tholicorum unquam sic docuit. Non tamen nostriates ipsis affin-
giunt, sed verè ita senserunt Papicola, utpote Thomas de Aquin lib.
de Sacram. Altaris; Bonavent. 3. sent. dist. 20. q. 3. Et adhuc do-
cent Ambros. Catharin. in volum. de incruento Sacrific Romæ e-
dito, dicit; Christi passionem prodesse quidem pro originali &
actualibus Peccatis ante baptismum, sequentia verè Missis & bonis
operibus expienda; ita & Clingius lib. 4. LL. cap. 38. Peltan. de no-
stra satisfactione. Et oblitus est sui oblivious Bellarminus, qui cum
reliquis statuit Pontificiis, posse hominem satisfacere ex condigno
lib. 4. de pœnit. cap. 2. & tom. 7. de indulg. l. 2. c. 9. Catonus lib.
4. justit. cap. 3.

2. Blasphemi sunt Papistæ, dum suorum & Sanctorum opera
quæ singunt, Redemptioni Christi adjungunt, quibus nos juvari &
à pœniſ

poenitentia liberari persuadere conantur, atque exinde pro bonis operibus, contra claram h. I literam acerrime pugnant Pontificii, quod iis veniam mereri & pro poena æterna satisfacere valeamus. Hinc non per calumniam illis, ut clamitant, assingimus, sed veritatem ex libris eorum adducimus; Ita enim Antesignanus eorum. Bellarminus lib. 5 de justific. cap. 1. dicit; quod hæc sit communis Catholicorum omnium sententia; opera bona justorum verè ac propriè esse merita, & merita non cujuscunque præmii, sed ipsius vita æternæ: Hujus farinæ est Francisci Costeri Enchir. controv. c. 7. propos. 6 p. m. 280. Homo justus non solum vitam æternam meretur operibus bonis, sed ampliorem gratiam & quidem de Condigno, non tantum ratione Pacti, sed etiam ratione operis, ita ut in opere bono ex gratia procedente sit quædam proportio & æqualitas ad præmium vita æternæ. Bellarm. I. I. c. 17. Nos quod attinet ex A. C. & Apol. Artic. 20. dicimus, opera bona justorum placere DEO & esse meritoria præmiorum; sed non rectè advertit; Nam ut aperte nostrum à Papistis dissensum testificemur, duo temperamenta addimus, quorum primum est; bona opera esse meritoria præmiorum temporalium & spirituallium in hac vita & futura, sed non ipsius vita & salutis æternæ. Alterum est; opera justorum non esse meritoria ex propria dignitate, quasi revera justa siat & legi satisfaciant, sed ex fide & indulgentia DEI, quia videlicet DEUS, iis qui credunt sibi remissa esse peccata, indulgentia sua tegit operum fœditatem & sic accipit quasi iusta essent. Hinc Chemnitius in Exam. Concil Trident. c. de meritis oper. præclarè nostram hanc sententiam declarat his memorabilibus verbis; Remissio peccatorum, reconciliatio cum DEO, adoptatio, salus & via æterna non pendent ex nostris meritis, sed donantur propter meritum & obedientiam filii DEI & fide accipiuntur. Sed in reconciliatis postea bona opera, cum placent, fide propter mediatores habent præmissa spiritualia in hac vita & post hanc vitam, idq; ex gratuita promissione divina, non quod DEUS propter perfectionem & dignitatem nostrorum operum sit debitor, sed quia ex misericordia & paterna liberalitate propter CHRISTUM promisit se præmiis ornaturum quamvis inchoatam, languidam, imperficiatam & immundam filiorum in hac vita obedientiam &c. Et in

C

hac

hac significatione à Theologis Nostratibus usurpatur vocabu-
lum Meriti, aliàs in universa S. Scriptura Canonica nunquam
vox meriti, quatenus DEUM nobis facit debitorem, reperitur;
Et quamvis Bellarminus & Alstedius ejus dicta nobis & loca oppo-
nunt, utpote Ecclesiast. 10. v. 31. & c. 38. v. 18. Deut. 7. v. 10.
2. Par. 19. v. 2. Esth. 16. v. 18. Job. 6. v. 2. c. 11. v. 6. Jos. 11. v. 20.
Rom. 2. v. 6. Heb. 13. v. 16. quibus meriti vocabulum probare
satagunt; tamen sunt ejusmodi considerationis, ut adhibita
Scripturæ S. & fontis consideratione in alienum sensum rapide
prehendantur. Argumenta quæ ad asserendam hanc φλυαειαν ul-
terius afferuntur in primis sunt illa dicta, in quibus vita æterna di-
citur merces Matth. 5. v. 12. c. 20. v. 8. Rom. 4. v. 4. Gen. 15. v. 1. Ps.
127. v. 3. Es. 40. v. 10. II. c. 62. v. 11. Jer. 31. v. 16. Vel in quibus habe-
tur præmium ecclæste dari hominibus secundum menturam & pro-
portionem operum & laboris. Ps. 62. v. 13. Matth. 16. v. 27. Luc. 16.
v. 38. Rom. 2. v. 5. 6. 1. Cor. 3. v. 8. Gal. 6. v. 7. Apoc. 22. v. 12. Vel
ex iis locis quæ vitam æternam ita reddi testantur operibus ut ipsam
rationem, cur detur vita æterna bonis operibus, ponant Matth. 25.
v. 21. Apoc. 7. v. 14. Veluti præmium bonis operibus ex justitia di-
citur esse reddendum 2. Thess. 1. v. 6. 2. Tim. 4. v. 7. Apoc. 2. v. 10.
Heb. 6. v. 10. Jac. 1. v. 12. Vel ubi vita æterna bonis operibus pro-
missa Matth. 18. v. 15. 1. Tim. 4. v. 9. Jac. 1. v. 12. Vel ubi fit mentio
Dignitatis Sap. 3. v. 5. & judicis justi, qui non est τεργωπλίσης
Rom. 2. v. 11. Gal. 2. v. 6. 1. Pet. 1. v. 17. Act. 10. v. 32. Verum quod
Adversarii in probando deficiant egregiè D. Jacobus Heilbrunner.
Artic. 3. In *VnCatholischem Papstumb* p. m. 66. præclarè hoc ar-
gumento deducit;

Quod Christus solus nobis est promeritus, id absque injuria meri-
torum ejus, operum nostrorum meritis tribui neutiquam
potest.

Atqui remissionem Peccatorum & salutem Christus solus prome-
titus est;

Ergo nostris operibus neutiquam tribui potest.

Argumenti hujus vis est fundata in ipso textu Paulino, quia
nullo modo fieri potest, ut sufficientissimæ redēptioni Christi de-
trahatur & nostris imperfectis operibus addatur; Si enim per le-

gem

gem iustitia & per opera, CHRISTUS gratis mortuus est Gal. 2.
v. ult. & si homo satisfacere potuit, CHRISTUS gratis & temerè
mortuus est. quid enim est gratia & gratis data, quid est gratia &
gratis donata, non redditia; si tibi debebatur merces redditia est
non gratia donata. Non enim DEI gratia erit illo modo nisi gra-
tuita fuerit omni modo Augustin. tract. 3. in Johann. & de peccato
origin. tom. 7. lib. 2. c. 24. Et quamvis Bellarminus desperatæ huic
causæ succurrere nitatur hoc prætextu, merita justorum meritis
CHRISTI nō opponi, sed ex illis nasci, & quicquid laudis merita no-
stra habent, id totum redundare in laudem meritorum Christi; cū
ipse sit vitis, nos palmitæ &c. Invanum tamen laborat: Scriptu-
ra enim nusquam merita nostra adjungit redēptioni & merito
CHRISTI, quin potius excludit Es. 43. v. 27. c. 63. v. 2. Act. 4. v. 12.
Heb. 10. v. 14. vide Dominum D. Johann. Gethard. de Justific. D.
Balthas. Meissner. Αὐθεωπολ. Dn. D Jac. Wellerum in c. 53. Es.
p. 84.

3. Blasphemi sunt, dum Mariæ & Sanctorum opera & merita
peccatoribus ex opinione succurrentia adeo evehunt Pontificii, ut
obliviscantur meriti Salvatoris. Hinc Coster. in meditat. super
Hymn. Ave Maris stella, super verba, monstra te esse matrem; In
merita sanguinis filii sui plus juris habet mater quæ sanguinem de-
dit, quam quævis alia creatura. Et paulo post: Aequum est ut
materna quoque apud filium Authoritas tua valeat. Sic referuntur
preces ad Mariam, Maria Regina omnium, Spes desperantium, æ-
grotantium exultatio, salus omnium, sub alistuis custodi me, non
alia mihi fiducia nisi sincera Virgo. Et in mariali excuso Argentinæ
Anno 1493 Cutte ad nomen Mariæ, hoc nomen solum sufficit ad
adjuvandum. Sic ad reliquos Sanctos; ad S. Josephum direxit
Bernardinus Senensis Tom. 3. orationem: Memento nostri B. Jo-
seph & tuæ orationis suffragio apud putativum filium tuum inter-
cede; sed & beatissimam virginem Mariam Sponsam tuam nobis
propitiam redde. Gabrieł Biel super Canon. missæ scribit; Nos
ordine à DEO instituto ad S. auxilia confugere debemus; silentio
involvo hic quid de Francisco Typico, blasphemæ vulnerum impres-
sione in Papatu; S. Christophoro, Erasmo & aliis finixerunt, quas
blasphemias Salmeron disputat. 7. pag. 467. & Bellarminus de bo-

nis operib. lib. i. cap. 15. approbant: At ubi manet honor soli DEO
competetas, quem alteri non dabit Es. 42. v. 8. quem errorem &
Cassander in consultat. Super A. C. in Papistis notavit p. 153. 154.
Recta igitur incedamus, ne redemptioni, adeo sufficientissimæ de-
rogemus & in Salvatorem nostrum unicum tam injurii quam in-
grati videamur.

XIX.

Quod ut perficiamus fide causa justificationis instrumentalis
ληπτική opus est, quæ omnia per Verbum Evangelij, tanquam cau-
sam *δοδοκή*, oblata beneficia, manu ceu stipem apprehendit. Hanc
causam D. Paulus non tanter insinuat his verbis; *διὰ τῆς πίστεως* per
fidem; *Σύρος*. *בְּרוּךְ נוֹתֵן* & commendant nobis ordinatum
à DEO medium beneficium redēptionis applicandi, sine quo
CHRISTUS nihil nobis prodest. Nam participes reddimus
redēptionis & justificationis non nisi per fidem, ut alibi Gal. 2.
v. 6. Paulus ostendit, & fides recipit CHRISTUM Joh. 1. v. 12.
fide absq; operibus, Act. 26. v. 18. fide justificati dicuntur accepisse
justiciam, quæ est ex fide Rom. 9. v. 30. Fides igitur est maius illa
Spiritualis, qua gratiam & favorem DEI in CHRISTO fundatam
nobis applicamus. Et hic est modus justificationis nostræ co-
ram DEO, qui consistit in peccatorum remissione & obedientia
ac justitiæ CHRISTI Mediatoris per fidem imputatione Luc. 18.
v. 14. Rom. 4. v. 16. 1. Cor. 4. v. 4. 2. Cor. 5. v. 9. DEUS enim offers
gratiam & misericordiam suam nobis in verbo Evangelij, quip-
pe ex operibus legis non justificatur ulla caro Rom. 3. v. 20. Evan-
gelium est potentia ad salutem omni credenti Rom. 1. v. 16. confer,
cap. 10. v. 17. & in sacramentis Tit. 3. v. 5. hanc gratiam apprehen-
dit fides & omnia beneficia CHRISTI redēptoris, instar manus
Mendici, quæ Eleemosynam à divite accipit & apprehendit. Con-
cludimus igitur fide justificari hominem, ita tamen ut fides non
excludat gratiam DEI ut causam principalem, nec meritum CHRI-
STI ut causam meritoriam, nec verbum & Sacra menta ut causas
offerentes, sed ut sit ex parte hominis causa instrumentalis, salutem
à CHRISTO acquisitam apprehendens. D. Christian. Matth. in
tab. Typ. sign. Bbb. Act. 10. v. 43. c. 13. v. 38. cap. 16. v. 31. Licet ergo non
sit ipsa CHRISTI justitia, illam tamen apprehendit sibi q; propriam
facit

facit, & propter illam justitiam a ppropriatam, justificandi effectus
de fide prædicatur, quod Theolog i illustrant simili petito ab annu-
lo adamantem inclusum habente, qui ea propter magni constare
dicitur: Ita fides propter Petram illam pretiosissimam quam
comprehendit justificat.

XX.

Quia vero fidei vocabulum in scripturis *πλέοντες*, notari-
dum venit quod hic Paulus accipiat; non in significacione con-
stantiae & veritatis, in dictis & factis vel DEI Rom. 3. v. 3. vel homi-
num 1. Rom. 2. v. 17. Neq; semper ut significet doctrinam Evan-
gelij, Legem non destruentis per fidem Rom. 3. v. 31. Neq; ut no-
tet impletionem rei promissæ Gal. 3. v. 25. Postquam venit Fides
h.e. CHRISTUS promissus mundi messias. Nec accipit pro
professione & nudo assensu doctrinæ Evangelicæ de CHRISTO
ut Act. 13. v. 8. quærebant Preconsulem avertire a fide. Nec ut
notat notitiam Historiæ de Christo, imo totius Scripturæ san-
ctæ, qualis etiam in impios, imo & in Diabolos cadit. Nec ut
donum miraculorum. Act. c. 17. v. 20. Si habueritis fidem, ut gra-
num sinapi. 1. Cor. 3. v. 2. quæ etiam cadit in eos, quos CHRISTUS
non novit. Matth. 7. v. 23. Sed sumit Paulus Vocabulum
Fidei pro certa & indubitata in CHRISTUM *ιδασκειν* fiducia, præ-
vitam notitiam & assensum includente, ubi superior gradus semper
præsupponit inferiorem non vero contra, quod ob Bellarminum
benè notandum, qui fidem historicam cum justificante confundit.
Docent, inquis lib. 1. de justificat. c. 4. Pontificij: Fidem histori-
cam, & miraculorum, & promissionum unam & eandem esse.
Jam vero si S. Paulum hoc loco consulamus, non difficile nobis
erit demonstrare peculiarem quandam fidei speciem, propria ac
planè singulati specifica differentia & ratione formalis constan-
tem; Vera fides enim est cœlestis doctrinæ agnitus, & gratia DEI
per CHRISTUM Redemptorem partæ, in promissione Evangelij
fiducialis apprehensio. Errat proinde Bellarminus lib. 1. de
justif. c. 4. quando justificantem fidem per solum assensum descri-
bit. Errant Photiniani, qui fidem putant in generali quadam fi-
ducia, cum primis vero in sancta obedientia, Osterod. in Instit.
contra Tradel. cap. 2 p. 17. Hæc fides justificans sine omni ha-
sta-

nione & dubitatione certa fiducia infinitur rebus promissis, quantum
cum ea cum ratione nostra pugnent. Rom. 4. v. 18. Quia in
re multum differt à notitia, hinc vocatur θλησθεία. Deinde pro
objecto proprio habet non omne DEI Verbū, & quasvis promis-
siones, sed tantum Evangelij proprias, quae nimis de CHRISTI
Merito nobis acquisito, deq; gratuita peccatorum remissione a-
gunt, ob quam Notam vocatur Fides CHRISTI. Gal. 3. v. 12. Et
tandem fides est rerum, quæ sperantur, substantia, basis & funda-
mentum, argumentum, sive demonstratio aut convictio eorum,
quæ non cernuntur. Heb. 11. v. 1.

XXI.

Hicce præsuppositis fides salvificans in sede hujus Articuli,
non absolute sese habet prout in Prædicamento Qualitatis est qui-
dam habitus Intellectus & Voluntatis, hæc enim imperfecta & in-
sufficiens est, ut ἐνδειξιν τῆς δικαιοσύνης sustinere proflus nequeat,
quam diu in in propriis visceribus latitat. Et si maximè perfecta
foret, non tamen meritoria esset, sed antea debita. Neq; consi-
deranda ut est in actu Renovationis, prout post acceptam Justifi-
cationem se exerit in justificatis per exercitia patientiæ, spei &c.
Hujusmodi fidei objectum non est sola θπολύτερωσις, solum iλα-
γίας, solum αἴρα CHRISTI, sed etiam res temporarie Hebr. 11.
Sed relativè spectanda venit in quantum fiducialiter apprehendit
obedientiam CHRISTI activam & passivam, & in Merito CHRI-
STI unicè acquiescit, in tantum est fides justificans. Medium enim
est non Meritum Salutis, potest quidem dici opus, verum, non no-
strum, sed DEI. Joh. 6. v. 29. Quam evidentiā cum vidit Cassander
planè & plenè, quemadmodum Paulus hoc loco statuit, Justitiam
DEI esse per filium quem DEUS proposuit iλαγής per filium,
in sanguine ipsius, id est, per fidem Passionis; Verba ejus in Con-
sultat. ad Ferdin. Imperat. p. 20. hæc sunt: Hoc extra controver-
siam est, justitiam illam, quâ justificantur, consistere in remissione
peccatorum: hoc est, cum propter Meritum Passionis CHRISTI,
quam suscepit nostra causa, peccata non amplius imputentur no-
bis, quod nihil aliud est quam ipsum CHRISTI Meritum ad remis-
sionem peccatorum nobis imputari. Et ante eum Lombardus,
dictus

dicitus Magister iacentiarum, l. 3. distinct. 19. dicimus quoq; aliter
per Mortem CHRISTI justificari, quod per fidem Mortis ejus à pec-
catis mundamur. Nihil ergo efficiunt Jesuitæ adversus nos, quan-
do dicta ejusmodi nobis objiciunt & cumulant, quæ ratione No-
titiæ & Assensus alia objecta respiciunt, ut Matth. 9. v. 28. Vel
specialem Misericordiam. Marc. 7. v. 23. Joh. 6. v. 26. 27. Vel fi-
dem miraculorum, Marc. ultim, Confer. Matth. II. v. 20. & c. 7.
v. 22. 24. Thess. 2. v. 9.

X X I I .

Hæc fides S O L A justificat, respicit enim non saltem generi-
cum fiduciaæ objectum, omnes Scripturæ promissiones, utpote Mi-
sericordiam, Pacem, liberationem, revelationem, indumentum
& esculentum, sed & specificum & proprium objectum, Redem-
ptionem, Propitiationem & Expiationem in CHRISTO JESU.
v. 25. Confer c. 4. v. 24. Act. 4 v. 12. CHRISTI obedientiam acti-
vam & Passivam, Gemmam illam fide apprehendendam, de qua
Lutherus in cap. 2 Gal. conjungit cum CHRISTO arctius, quæ
uxor cum Marito est copulata, ita ut cum fiducia dicere possis;
Ego sum CHRISTI, quia per fidem ei conjunctus es in unam car-
nem & OSSA. Ephes. 5. v. 30. Quid? ejusmodi effectus relinquit
post se, quæ fidem semper exhilarant, ursunt, Pax conscientiæ,
Rom. 5. v. 1. Acceslus ac gloriatio etiam in Tribulationibus. v. 2. 3.
Charitas. v. 5. Spiritus Sanctus in nobis, ibidem, justificatio in san-
guine CHRISTI v. 9. σωζομεν διπλα της οργης. v. 10. gloriatio in
DEO v. 11. Gratia abundantia & donatio justitiae v. 15. 17. Re-
gnum in vita. v. 17. Justificatio vitæ v. 18. Gratia regnans per ju-
stitiam in vitam æternam. v. 21. Hæc omnia sola fides efficit, hinc
nos meritò tanquam pro aris & focis pro justificatione solius fidei
pugnamus, cum Scriptura S. nobis nihil, fidei vero quæ & ipsa
DEI donum est, omne in hoc negotio tribuat, ex hac Epistola,
quæ velut Clavis à Doctoribus appellari solet. Ubi nos διαγε-
δει τὴν χάριτην Ἰησοῦ non ex operibus Legis, sed per fidem. Rom. 3.
v. 4. Gal. 2 v. 16. & quidem solam, sicut particula μόνον Luc. 8.
v. 50. docet, profitemur, Redemptionem in sanguine JESU
CHRISTI justificare fide accepta, exclusis omnibus legis O-
peribus, non saltem Ceremonialis, ut Cornelio à lapide placet; qui

in

in hunc locum ita commentatur. Paulus de ea Lege, quæ opponitur fidei loquitur, fidei autem non opponitur Decalogus, sed Lex Ceremonialis, quia figura erat sicut fides, Veritas, figura autem & Veritas opponuntur. Et ad v. 28. 30. 31. addit: Ex his omnibus liquet Apostolum hic præcipue agere de Lege, quæ tanquam umbra & figura, opponitur fidei, tanquam Veritati & Corpori, ac consequenter Opera Legis vocari ab eo Leges Ceremoniales potius, quam Naturalis & Moralis. Sed & Moralis, sicut evincit tota hæc Epistola; Hujus enim Legis Opera excluduntur, per quam sit ὁ θίγωνος ἀμφορίας. Rom. 3. v. 20. qua non solum os Judæorum, sed πᾶς ἡρός Φερεύη v. 19. qua non sola Palæstina, ubi observabatur Lex Ceremonialis, sed πᾶς ὄχθος μὲν ἡρόδιος τὸ γένηται τῷ Θεῷ, huic Legis Opera, quæ ὅρμὴν κατεργάζεται. Rom. 4. v. 15. & per quam ἡ ἀμφορία γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἀμφορίας. v. 13. Ast non per Legem Ceremonialem, alias enim neque peccata Patriarcharum, ante latam Ceremonialem Legem, fuissent remissa, quæ tamen omnia Paulus voce απεγγονώτων notat, neque Christus à DEO constitutus fuisset ἵλαστος τὰ pro injustis Gentilibus, quam pro Judæis, sed solūm pro Judæis, & sic verus esset Judæorum solūm, non etiam Gentium DEUS. Rom. 3. v. 29. Confer. Gal. 3. v. 28. Αὐτοὶ δέ omnia; Excludimus ergo Opera Ceremonialis & Moralis Legis, & surdis auribus audimus, quando Rabuliæ Romanenses vociferantur, Lutherum per crimen falsi versioni Germanicæ. Rom. 3. v. 28. inseruisse Vocabulum οὐκέτι/ præterquam enim quod ea in Scriptura extat; non desunt ex Patribus, qui usi eadem, utpote Justinus in Expositione. Ireneus lib. 4. c. 13. Theophil. Gal. 3. Basilus οὐκέτι πεπινότι. Nazianz. in Orat. de bono ordine. Tertullian. in lib. de Resurrectione. Gregorius in Ezech. lib. 1. hom. 7. Eusebius lib. 3. c. 27. Chrysost. de fide & Lege. Augustinus de vera & falsa Poenit. c. 8. Cyrillus lib. 4. cap. 24. Fulgentius lib. 1. ad Moym. Hilarius in Psal. 118. & 142.

Unicum saltē locum D. Basilij fol. 217. notabimus: ἀυτὴ γέρ
δη, η πελεῖα ηγή ὀλόντηρος καύχησις ἐν Θεῷ, ὥστε μήτε ὁ Πτι δι-
καιωσύνης ἐπαιρετητῇ ἔαντε ἀλλ' ἔγνω μὴν σύδεη ὄντα ἔαντο
δικαιο-

Διηγωσίνες ἀλλαγῆς τῆς εἰς ΤΗ ΜΟΝΗ εἰς Χριστὸν δεδηγω-
μένον
Vindicavit enim hunc Articulum Lutherus ab iniquis ho-
minum persuasionibus, qui semper operari in hoc arduo articu-
lo satagunt, & cum nihil efficiunt, objiciunt, quae non sunt oppo-
nenia, sicut Bellarminus; Si sola fides justificat, Ergo falsum erit,
nos justificari gratia DEI, puta causa Efficiente, Merito Christi,
Causa meritoria, Verbo & Sacramentis, Gerhard. D. Christian.
Matthias in Syntagm. cap. 3. p. m. 389. D. Finck. in Themat.
August. Confess. parte 2 thes. 21. pag. m. 118. D. Paulus Roberus
de justific. thes. 5. m. 3. in Colleg. Theolog. D. Jacobus Heilbrun-
nerus in Papatu non Catholico p. 19. Et quia Columnæ Papa-
tus Exclusivam retinent, utpote Thomas in Ep. 1. Tim. 1. lect 3. Bo-
naventura in 4. Sentent Disput. 15. q. 1. Roffensis artic. 1. adver-
sus Luther. Johan. Hoffmeister in Harm. A. C. p. 46. Georgius Cas-
sander in Consultat. artic. 4. Jus Can. s. Pontificium distinct. 2. de
Poenit. cap. Charitas, & de consecrat. cap. firmissimè. Hinc sci-
tè Erasmus de hac Vocabula dixit: Vox SOLA tot clamoribus la-
pidata hoc seculo in Luthero, reverenter auditur & legitur in Pa-
tribus; Quid vetat eam retinere? Si quis vero morose regereret,
habeat sibi responsum B Lutheri: Wenn sich ein Papist viel un-
nütz machen will mit dem Wort Sola Alluin/ so sagt ihm flugs al-
so: D. Martinus Luther wills so haben etc. Tom. 4. Witeb. Germ.
fol. 140. Eat nunc Bellarminus, perfricit frontem, si quam ha-
bet, & hæc ulterius ingeminet suis, lib. 1. de Justific. c. 16. Edidit
Martinus Lutherus Biblia Germanica cum Voce Sola. Rom. 3. sed
enī fallacia deprehensa fuit inspectis Codicibus Græcis & La-
tinis.

X X I I .

Justificationis hujus participes sunt, quotquot perierunt in
Adamo primo, & in secundo resurgunt spiritualiter, quippe Ma-
terialis Causa Justificationis, seu Subjectum informe remorum
sunt omnes homines, quorum Morte Deus non delectatur. Ezech 18.
v. 38. 1. Joh. 2. v. 2. cap. 4. v. 9. Formatum autem seu propin-
quum, quod huc spectat, sunt omnes in Christum Credentes, Rom.
3. v. 22. Joh. 3. v. 16. Et hanc causam Apostolus præmisit, versic. 22.

D

23. Re-

Revelatur Justitia DEI per fidem JESU CHRISTI in omnes, & super
omnes, qui credunt. Non est enim distinctio: Omnes enim peccave-
runt, & egent gloria DEI. Quibus exanimatur, ad quos Justitia DEI
pertineat, nimis non ad paucos, sed ad omnes omnino homines,
& ad omnes credentes. Utrumque igitur subjectum Universalitatis
conjugavit Apostolus, alterū indeterminatū, alterū determinatione
Credentium limitatum, respiciens nimis ad diversa questionū
genera; Si enim queras: quibus nā illa DEI Justitia per fidem JESU
CHRISTI necessaria est? Respondebat Apostolus, omnibus omnino
hominibus *eis mānūs, nō Iēsū mānūs*, prius ad Judæos, posterius
ad Gentes refertur, ne ad Gentes solas, neque ad Judæos solos per-
tinere videatur vel putetur, quasi alia his, alia illis querenda sit Ju-
stificationis ratio, quem Errorē vers. seq. 29. diligenter præcave-
re voluit Apostolus, quem tamē ex Orco revocarunt Scholastici.
Lombardus lib. 3. distinct. 25. Canon. p. 753. afferentes in Cate-
chismo Romanensi fol. 117. quibus pollicem premit Bellarmin. lib.
2. de Justific. c. 3. p. 2240. Concilium Tridentinum Sess. 6. cap.
7. Costerū in Enchirid. cap. 4. Patriarchas Legis Naturæ, Israe-
litas Legis Mosaicæ, Christianos novæ Legis Evangelicæ observatio-
ne fuisse justificatos, quibus se adjungunt Photiniāni, Moscoroviūs
in Catechism. cap. II. Faustus Socinus in lib. de Chr. serv. Schmal-
zius in lib. de divinit. Filii c. 2. p. 4. Sed in universum omnibus
hominibus unam eam q; necessariam hanc justificandi rationem, A-
postolus docet; Necessitatis rationem demonstrat, repetita ex præ-
cedentibus Causa, quia nimis omnes peccaverunt, & egent glo-
ria Justitiae coram DEO. Loquitur Apostolus non tantum de A-
ctuali peccato, sed in genere de omni *arreptuā* tortius generis huma-
ni; Sequitur ergo, Materiam Justificationis non esse Justitiam pro-
priam, quia nos impii existentes justificamur, Impii autem gloriæ
propriæ destituuntur Justitiae. Neque nostra bona opera, quæ nos
sequuntur justificatos; Neque habitus charitatis infusus, quia est
bonum opus. Neque Essentialis DEI Justitia ut Osiander docuit in
nobis habitans, quia Lex, eam à nobis non requirit; Nec fides prout
est qualitas, sic enim est bonum opus; Sed Homo Peccator, qui si-
bi per fidem applicat Meritum CHRISTI, quam enim CHRISTUS

Me-

Mediator Obedientiam nostriloco præstvit, ea in actu Justificatio-
nis per fidem nobis applicatur. Nihil ergo Controversi est, quod
quidam Theologi dicunt, Obedientiam CHRISTI, cuius partes, seu
gradus insigniores sunt, Incarnatio, Passio, Mors, Resurrectio &
Ascensio, esse Materiam Justificationis; Alij Hominem peccato-
rem; Respiciunt priores non tam ad Meritum, quam ad ipsam
applicationem. Vide Gerhard. de Justific. p. 740. n. 33. Meritum
enim CHRISTI quando consideratur, ratione Acquisitionis, est
Causa Meritoria; quando vero ratione applicationis, est Causa
Materialis. Et tunc ratione acquisitionis ~~dirigitur~~ ad omnes o-
mnino pertinet homines, ratione Applicationis vero ~~dirigitur~~
tantum ad credentes, ut ostendit hoc loco Apostolus. Confer Joh,
3. v. 16. Rom. 5. v. 16. Nemo enim justificatur, nec remissionem
peccatorum consequitur, nisi Justitia Christi imputatione; Imputa-
tio autem Justitiae non sit nisi per fidem, uia mox constabit in se-
quenti causa.

XXIV.

Errat ergo Bellarminus lib. 1. de Justific. cap. 2. Materiam Ju-
stificationis constitudo non hominem impium, sed jam pium,
dispositum & poenitentem: Materialis, inquit, Causa dici potest
Animus hominis, sive ipsa ejus Voluntas, in qua Justitia, tanquam
in Subjecto & sede propria commoratur; Pertinent quoque ad
Materiale Causam dispositiones, quæ materiam præparant ad
recipiendam formam. Dicuntur autem Dispositiones ad Justi-
ficationem omnes illi actus gratiarum & liberi arbitrii, quibus donum
ipsum Justificationis acquiritur; Opponimus illi Paulinam senten-
tiam: πάντες ἡμαρτόντες οὐ τελέσουται τῆς δόξης τῆς Γεωργίου, v. 23. His
addit, justificantur gratis, & hoc repetit cap. 4 v. 5. Credenti in e-
um, qui justificat impium, imputatur fides ad justitiam; Ex quibus
colligitur, omnes ante Justificationem impios, ergo nullam dispo-
sitionem nullam præparationem Animi & Voluntatis habere. Vo-
luntas enim & Intellectus hominis sunt Subjectum convertendum,
nihilq; adjumenti afferant, sed DEUS ineffabili bonitate & miseri-
cordia nos prævenit: Et Evangelium, per quod Spiritus Sanctus re-
novationem & Justificationem in nobis operati vult, annunciariri

curat, & per Verbi sui prædicationem & meditationem fidem in au-
dientibus accendit, ita quidem, ut hæc omnia solus Spiritus Sancti
dona sint atque operationes. Formula Concordiæ pag. 67 c. lm.
pium ergo DEUS justificat, non externum sicut, sed & internum,
illumq; crassiorem flagitiosissimumq; hominem, qui ante justificationem
est filius Iræ Eph. 2. v. 3. ex immundo conceptus semine. Jo-
bi. c. 14. v. 4. Sed non qui impius & incredulus est. Joh. 3 v. 18. Qui
incredulus est, jam judicatus est, & non videbit vitam, sed qui in-
dutus aliena justitia, scilicet Christi, eamq; per fidem sibi applicat.
Hinc Paulus: Non justificatur homo nisi per fidem. Gal. 2. v. 16.

XXV.

A partibus Origenistarum itidem stare non possumus, quod
vetat Apostolus, qui solos impios & Peccatores homines statuit
Causam materialem justificationis, non Spiritus Angelosq; illos qui
originem suam non servarunt. Judæ Epist. v. 6. in veritate non stete-
runt. Joh. 8. v. 44. & peccarunt. 2. Petr. 2. v. 4. ex propriis. Joh. 8.
v. 44. Hos statuunt liberandos ex pœnis æternis & salvandos,
quos recte non solum refutat Augustinus lib. 20. de Civit. DEI c. 7.
& 9. Epiphanius hæresi 64. Sed & deridet lib. de hæresibus cap.
43. Quis Catholicus Christianus vel doctus vel indoctus non
vehementer exhorreat hanc malorum ac Dæmonum purgationem.
Et quamvis non desunt, qui cum Ottone Brunsfeldio in
Pandect. Theolog. p. 16. errore hoc delectentur, CHRISTUM
etiam pro Angelis & Dæmonibus mortuum esse, eosq; redemisse,
abutentes dictis: CHRISTUS summatim instauravit omnia
quæ in cœlis sunt & quæ in terra. Ephes. i. v. 10. Confer cap. 3.
v. 9. 10. Col. c. 1. v. 20. 1. Petr. 3. v. 16. 1. Pet. 4. v. 6. Apoc. 5. v. 9.
Ex quibus tamen minimè colligitur, ut in σύγχρονοι videmus, suffi-
ciat illis rigidis censoribus, non Angelos, sed semen Abrahæ as-
sumisse CHRISTUM. Heb. 2. v. 16. Secundum illud Gregorij
Nazianzeni: Ο ἀπόστλος ἀδερφεύεται, ο δὲ πνωταὶ τῷ Ιησῷ,
τέτο καὶ σώζεται.

XXVI.

Forma Justificationis, utpote Cor. & totum fundamentum
est remissio peccati, & acceptio in gratiam ad vitam æternam.

pro-

propter CHRISTI Meritum, in his enim consistit omnis nostra
Justificatio, juxta illud Rom. 3. v. 25. ad ostensionem Justitiae suæ
dià τὴν πάρεστι τῶν περιγεγνότων ἀμαρτημάτων. His expressè
diximus nostra in Remissione peccatorum posita esse dicitur, uti
definit D. David Rungius in Anal. Epist. Rom. disput. 5. p. 75. thes.
86. Cui suffragatur D. Meisnerus in Adv. dec. 3. disp. 7. th. 29.
Formam, inquit, quam exprimit Apostolus his Verbis; Justifican-
tur gratis per remissionem peccatorum. Justificari hoc loco idem
est, quod justum pronunciari, si u in judicio absolvi. Hac Abso-
lutio, quæ sit per imputationem (sicut cap. 4. dicitur) est gratuita
sine meritis operum, estq; in remissione peccatorum. Illustrat
hanc causam Apostolus Similitudine ex Veteri Testamento de-
sumpta, qua CHRISTUM dicit esse propositum, ut i[n] a[n]g[e]l[i]o
quod olim Arcam foederis tegens, erat typus CHRISTI regentis
peccata nostra, ne in conspectum DEI veniant. Hac forma li-
cet unica sit, duobus tamen actibus absolvitur, unus σεργτὸς,
alter Ἰερὸς. Consistit ergo forma hujus augustissimi Articuli
tam in gratuita peccatorum Remissione, quam sufficientissimi
Meriti CHRISTI imputatione. In segnos Remissionem pec-
catorum, non totali eorundem abolitione, definimus. Non enim
per justificationem ita à peccatis liberamur, ut amplius non adsint,
sed ut non obsint & imputentur, Regula hæc est Augustini lib. I.
de concupiscent. c. 25. Manet actu propter Naturæ, quoad mor-
bum sive radicem peccati, & materialm ipsam: Sed tollitur pro-
pter statum Personæ, quoad reatum sive formam, quæ non im-
putatur fidelibus. Idem ergo est in Scriptura, sive dicantur pec-
cata remitti, sive tegi, nimurum sicut contingunt cicatrices &
vulnera, ita sanguine CHRISTI tanquam pallio quodam con-
tingunt credentium peccata, ne in conspectum DEI veniant,
hoc explicat Apostolus, dià τὴν πάρεστι propter Remissionem
peccatorum. Chrysostomus exponit per νέκρων mortificatio-
nem & intelligit tabescientiam & infirmitatem. Sed rectius, si sim-
pliciter per remissionem peccatorum explicitur. Est enim Meta-
phora à vinculis, quibus nos quasi constringerant peccata sub po-

testate Sathanæ, quæ Redemptione CHRISTI oportuit relaxari. Vide Badæum in Thesauro, qui exemplis evincit πατέντες idem esse quod ἀφίέναι remittere. Peccata enim quæ in nobis sunt, non imputantur. Hoc pacto dicitur hic consistere in πατέσσι. In Iesu facta remissione vicissim justitia CHRISTI, quæ in nobis non est, imputatur, quo respectu capite sequenti dicitur absolvivi imputatione. Quidnam vero pro formalí importet πάτεσσι, controvertitur apud Doctores &

I. Glossa ordinaria Duacensium I. A. Restringit ad effectum; Duplex, dicit, effectus Remissionis est, scilicet frui gloriæ, & carere poenâ. Propriè enim tunc poena remittitur, quando peccans absolvitur. Primum habuerunt ante CHRISTI mortem Justi, quia poenam actualem non sentiebant: sed post CHRISTI mortem data est eis gloria divinæ visionis, à qua differebantur DEO sustentante eorum delicta; Sed quæ hæc est πάτεσσι? Si poena non infligitur, & gloria suspenditur, cum tamen Meritum CHRISTI ejusdem valoris fuit in Veteri Testamento, apprehensum fide ad perfectam peccatorum expiationem, cuius nunc est in Novo; uti notanter D. Apostolus περὶ γεγονότων ἀμερικάτων addit, contra Tappi: Tom. I, artic. I, p. II, col. a. Eckium p. 221. Pistorium in Hodogēt, p. 262. Colsterum in Enchirid, p. 24. Bellarm. lib. 4. de CHRISTO c. II.

II. Augustinus de spiritu & Litera c. 13, & Ambrosius legunt propositum, & dicit Petrus Martyr in hunc locum recte: Nescio quid Ambrosio occurrit, ut non legat Remissionem, sed propositum. Et in Interpretatione inquit, quia proposuit DEUS eripere non solum eos qui habitant apud Superos, sed & eos, qui erant in Inferno. Erasmus suspicatur eum, non legisse πάτεσσι, sed πάτεσσι.

III. Chrysostomus & Theophylactus per tabem, corruptiōnem, virium remissionem & debilitatem exponunt, ita ut sit sensus: DEUM, cum vidisset mundum peccatis præcedentibus oppressum contabescere, & velut paralyticum jacere sine spe Salutis, misericordia motum, misisse CHRISTUM Medicum ac Propitiarem

totem, quæ Expositio certo modo & cum grano salis est accipi-
enda.

IV. Utpote Origenis, Anshelmi, Haymonis Parei, & aliorum no-
bis probatur qui πάρεστιν pro ἐφέσῳ accipiunt & permutant. Nam
sic nobis exponitur, quanam in re propriè sita sit justificatio, vide-
licet in Remissione peccatorum. Quod compertum habethus in
Davide, qvum inquit: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates.
Beneficio quidem Spiritus Sancti sit, ut præter condonationem
peccatorum succedat totius hominis instauratio. Sed in priori
capite sita est summa justificationis, ut peccata condonentur &
justitia CHRISTI imputetur. Nec desunt nobis Argumenta,
quæ significationem hanc propugnant: 1. Quia μετίημι & ἀφίημι
à LXX. indiscriminatim usurpantur, & ex Hebræ. זר & חֶרְל redduntur. 2. Quia Textus ratio postulat & 3. Valor Meriti
CHRISTI commendatur, ante & retro. Vide Pareum in hoc
loco p. 277.

XXVII.

His ita probatis magnum errorem errant Pontificij, non so-
lum explodentes hanc sanam doctrinam Imputationis justitiae
CHRISTI, vocando eam umbratilem, commentitiam, imagina-
riam, amentissimam insaniam, spectrum Cerebri Lutherani Ma-
thematicum, Solstitium, Commentum, &c. Pro quibus Sarcasti-
mis DEO respondebunt coram Tribunal tremendo; Sed & in
totum negantes. Ita enim Bellarm. lib. 2. de justif. c. 7. ait fieri
non potest, ut justitia CHRISTI nobis imputetur. Nos vero ex
hoc, & aliis Scripturæ locis firmiter concludimus: Si justificatio
nostra consistit in remissione peccatorum & imputatione fieri non
potest, ut per inhærentem aliquam justitiam Salus nobis coningat,
Sed per imputationem justitiae CHRISTI fide apprehensæ. Prius
est verum ex hoc & aliis Dictris. Rom. 4. v. 5. 6. 2. Cor. 5. v. 19. Act.
13. v. 38. Connexionem Majoris probat ipse Apostolus, à con-
trariis Adjunctis & Consequentibus. Nam in Imputacione
Subjectum est ἀοτβῆς, in justificatione meritoria εὐαγγελίου.

2. Ibi regnat fides, hic opera.
3. Ibi sola gratia, hic debitum.
4. Ibi donum, hic Merces.

XXVII.

XXIX.

Finis justificationis respectu DEI est evdēt̄is t̄ns dīgūcōvns,
ut satisficeret Institiæ DEI, indeq; manifestum fieret, DEUM Legem
suam non frustrā dedisse, sed certe istius severius Impletionem
exigere, nec Prævaricatores illius hoc impune ferre. v. 25. 26. Re-
spectu nostri vero, finis subordinatus est pax conscientiæ Rom. 5.
justificati sive, pacem habemus cum DEO. Summus autem
est salus & beatitudo æterna.

FINIS

DEO Laus &
Gloria.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738018678/phys_0036](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738018678/phys_0036)

DFG

totem , quæ Expositio certo modo & cum grano salis est
enda .

IV. Ut pote Origenis, Anshelmi, Haymonis Parei, & alio
bis probatur qui μετέστη pro ἀριθμόν pro accipiunt & permutterant
sic nobis exponitur , quanam in re propriè sita sit justificati
licet in Remissione peccatorum . Quod compertum habet
Davide , qvum inquit : Beati , quorum remissæ sunt ini
Beneficio quidem Spiritus Sancti sit , ut præter condonat
peccatorum succedat totius honinis instauratio . Sed
capite sita est summa justificationis , ut peccata condonantur
justitia CHRISTI imputetur . Nec defunt nobis Argu
quæ significationem hanc propugnant : 1. Quia μετέστη &
à LXX. indiscriminatum usurpantur , & ex Hebra. בָּשׂוּ redduntur . 2. Quia Textus ratio postulat & 3. Valo
CHRISTI commendatur , ante & rere . Vide Parens
loco p. 277.

XXVII.

His ita probatis magnum errorem errant Pontificij ,
lum expludentes hanc sanam doctrinam Imputationis
CHRISTI , vocando eam umbratilem , commentitiam , in
riam , amentissimam insaniam , spectrum Cerebri Luther
thematicum , Solstitium , Commentum , &c. Pro quibus
mis DEO respondebunt coram Tribunal tremendo ; S
totum negantes . Ita enim Bellarm. lib. 2 de justif. c. 7
non potest , ut justitia CHRISTI nobis imputetur . Nos
hoc , & aliis Scripturæ locis firmiter concludimus : Si justitia
nostra consistit in remissione peccatorum & imputatione i
potest , ut per inhaerentem aliquam justitiam Salus nobis co
Sed per imputationem justitiae CHRISTI fide apprehensa
est verum ex hoc & aliis Dictis . Rom. 4. v. 5. 6. 2. Cor. 5. v
13. v. 38. Connexionem Majoris probat ipse Apostolus
trariis Adjunctis & Consequentibus . Nam in Imputa
Subjectum est αὐτοῖς , in justificatione meritaria εὐαγγελίοις

2. Ibi regnat fides , hic opera .
3. Ibi sola gratia , hic debitum .
4. Ibi donum , hic Merces .

